

ventui Cellensi cogente iustitia modis omnibus cavere volentes, quippe cum non solum nobis, verum etiam toti capitulo nostro certissime notum sit, praemissam pecuniam videlicet CXIII^{sim} marcas argenti in rem et utilitatem ecclesiae nostrae versam, iam saepedictarum sex marcarum redditus praelibato capitulo nostro assignavimus in theloneo nostro in Mûglin⁴⁾ annis singulis percipiendos, quos consensu unanimi atque voluntario acceptavit una nobiscum saepius dictum monasterium a debito solutionis sex marcarum praetaxatarum communi consensu libertate perpetua quietum pronuntians et penitus absolutum. Ne igitur super his praemissis omnibus praefato monasterio possit in posterum alicuius adversitatis calumpnia suboriri, praesentem paginam conscriptam tam nos quam capitulum nostrum bullarum nostrarum appensionibus in perpetuam memoriam iussimus communiri, sub testimonio omnium, quorum nomina sunt subscripta: Albertus de Dobelin, Cûnradus de Nuscin, Vlricus praepositus de Budissin, magister Erpho scolasticus, Henricus de Lubne, Albertus de Vroburch, magister Alexander, Sifridus praepositus in Schilowe, Albertus de Nuscin, Sifridus iunior de Pigauia canonici Misnenses, Johannes praepositus de sancta Afra, Gerhardus praepositus de sancta Cruce, Cûnradus canonicus Cicensis, Meinherus praefectus de Misna, Meinherus filius eius, Petrus Ruzk et alii quam plures. Acta sunt haec in Misna anno gratiae M^o. CC^o. XL^o. VIII^o. VI^o. Idus Decembris, indictione VIII^a., pontificatus nostri anno X^o.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit den wohl erhaltenen Siegeln des Bischofs und des Capitels an Fäden von rother, grüner, gelber und dunkelbrauner Seide.

4) Mûgeln.

No. 154. 1250. 13. Febr.

Markgraf Heinrich sichert den Domherren die dem M. Gerhard de Foresto im Zoll zu Freiberg verliehenen 5 Talente jährlichen Einkommens so lange zu, bis dieser im Hochstift eine volle Präbende erlangt habe. (Vgl. No. 184.)

Nos Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio, Thuringorum lantgravius et Saxoniae comes palatinus notum facimus universis et praesentibus protestamur, quod nostrae existit voluntatis, quod canonici Misnenses quinque talenta Vribergensis monetae, quae magistro Gerharde de Foresto in telonio nostro fuerant assignata, recipiant singulis annis integraliter ac perfecte, quousque idem magister Ger. in ecclesia Misnensi praebendam integram consequatur, volentes quod ab illis qui telonio nostro pro tempore praefuerint, ipsorum nuntio, quem ad hoc deputare decreverint, omni anno eadem talenta ut praemisimus praesententur. Ne autem cuiquam super eo processu temporis dubium oriatur, ipsis in testimonium super eo praesens dari iussimus instrumentum, sigilli nostri munimine roboratum. Datum Misnae anno domini M^o. CC^o. I^o. XVII^o. Kalend. Martii nona ind.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden; das Siegel ist nur in wenigen Bruchstücken noch vorhanden.